

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Jagiellońskiej 4405, k. 92v–93r

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 25

[25] De hereditate aut dono.

Donum, quod viro vel mulieri datum fuerit in iudicio banito, in eo mulier cum sua parte sive dono pro suo arbitrio facere potest absque omni contradicione quitquit placet. Idem <^{Idem} a> potest facere vir cum sui doni [k. 93r] parte, quidquit <^{de} b> liberaverit modo simili, quam ipse suscepit. Si moritur femina absque herede, ita quod nullum heredem a suo marito peperit, ipsa heredat et sua successoria, seu prospera fortuna aquisita super suum proximum naturalem successorem, sive sit masculus sive femina, que sibi sit paris condicionis. Idem faciat vir illi, qui sibi paris fuerit condicionis. Insuper omne aurum et argentum informatum, et omnis siligo et carnes et cervisia, cum vino, et panis, que vel quod aut quantum post trecesimum permansit, vel permanserunt, totum cedit heredibus viri et non mulieris, exceptis pulmentariis, de quibus mulier medium recipit partem et heredes viri reliquam medium partem tollunt.

^a poniżej ręką komentatora; ^b powyżej ręką komentatora;

[hasła: darowizna, wiano, uposażenie, żona, sąd wyłożony, sprzeciw, dziedzic, mąż, dobra nabyte, spadkobierca, równy stanem, srebro, złoto, gerada]